

MONASTICON PRAEMONSTRATENSE

ID EST
HISTORIA CIRCARIARUM ATQUE CANONIARUM
CANDIDI ET CANONICI ORDINIS
PRAEMONSTRATENSIS

Auctore
P. Norberto Backmund O. Praem.
Ecclesiae Windbergensis in Bavaria Canonico

TOMI PRIMI
EDITIO SECUNDA

Pars secunda



WALTER DE GRUYTER
BEROLINI · NOVI EBORACI MCMLXXXIII

CIP-Kurztitelaufnahme der Deutschen Bibliothek

Backmund, Norbert:

Monasticon Praemonstratense: id est historia
circariarum atque canoniarum candidi et canonici
ordinis Praemonstratensis / auctore Norberto
Backmund. – Berlin; New York: de Gruyter

T. 1.

Ps. 2. – Ed. 2. – 1983.

ISBN 3-11-008917-3

©

Copyright 1983 by Walter de Gruyter & Co., vormals G. J. Göschen'sche Verlags-
handlung – J. Guttentag, Verlagsbuchhandlung – Georg Reimer – Karl J. Trübner –
Veit & Comp. – Printed in Germany. – Alle Rechte des Nachdrucks, einschließlich
des Rechtes der Herstellung von Photokopien und Mikrofilmen, vorbehalten.

Satz: Dörlemann-Satz, Lemförde
Druck: Kupijai & Prochnow, Berlin
Bindearbeiten: Th. Fuhrmann KG, Berlin 36

CIRCARIA SAXONIAE

Circaria haec, ab ipso fundatore Norberto coepta et propagata, primo se extendit super totam Germaniam centralem et septentrionalem, postremo vero se restrinxit super hodiernas provincias Brandenburg, Sachsen et Anhalt, Mecklenburg et partes Thuringiae et Hanovriae. Dioeceses, ad quas hae regiones quondam pertinuerant, saeculo XVI omnes interierunt: nempe archidioeceses Magdeburgensis et Bremensis, et dioeceses Halberstadt, Naumburg, Havelberg, Ratzeburg et Brandenburg, praeter Kammin¹, quae nuper per creationem dioeceseos Szczzin-Kamien resurgere potuit, et Moguntinam, ad quam unica Pöhlde tunc temporis spectabat.

Ceteroquin circaria Saxoniae, quoad omnia, erat aliquid speciale, et jure merito „ordo intra ordinem“ nuncupari potuit. Iam circumstantiae exteriores huic evolutioni favebant. Norbertus fundator, archiepiscopus Magdeburgensis anno 1126 factus, mox ordinem suum vix ortum transtulit in has regiones, quae aspectum omnino alium praebebant quam Gallia, erant tunc enim adhuc semicultae et nondum omnino evangelio et civilisationi apertae.

Distinguendum est tamen inter regiones cis Albim flumen (Dioeceses Magdeburg, Halberstadt, Naumburg) quae tunc iam a duobus fere saeculis erant ordinatae et evangelio subiectae, et illas trans Albim (Ostelbien), tunc adhuc a Slavis paganis rudibusque habitatas, quae a Germanis principibus saeculis XII et XIII paulatim linguae et fidei suae sunt subiectae. Fundatio monasteriorum, primo ordinis nostri, et deinde etiam Cisterciensium, illis adiutorium opportunum et praestantissimum esse videbatur hac in actione politica simul ac religiosa, et ideo foundationi canonicarum ordinis nostri favebant, praesertim illis in locis, ubi sanctuaria insignia deorum paganorum antea flourerant. In secundo dimidio saeculi XII ordo noster in vastis istis regionibus omnino dominabatur quoad spiritualia, et magna erat potestas eius praesertim per tria capitula cathedralia ei incorporata: Havelberg, Ratzeburg et Brandenburg.

In catalogo Ninivensi II legimus in capite huius circariae: „Iste abbatie de Saxonia fere ab initio ordinis rebelles ordini extiterunt“. Rationes, cur Saxones canoniae a Praemonstrato se separaverint, erant sequentes: Magdebur-

¹ Ibi fuerunt sitae canoniae circariae Slaviae.



genses nostri jure merito gloriabantur se ipsos aequae ac Praemonstratum directe a Sancto Norberto esse fundatos. Circa multa ipse Norbertus, mutatis illic omnino circumstantiis, alia praescripta eis dedit ac illa, quae praeceperat antea Praemonstrati. Alias vestes mox introduxerunt Saxones, et ipse fundator ritum Magdeburgensem in canoniis eorum introduxit, plenamque subiectionem sub iurisdictione ordinarii loci eis praecipiens. Facile est intellectu, quod Saxones nostri haec praescripta ab ipso fundatore eis data nullo modo voluerint linqere in favorem statutorum post mortem illius a Praemonstrato promulgatorum. Ideo iam saeculo XII praepositi saxones numquam vel raro comparebant coram capitulo generali, eo magis quod annis 1157/77 schisma viguit in Ecclesia. Saxones nempe timuerunt, ne iterato itinere in Galliam alterius partem sequi cogerentur, et domi in difficultatibus cum principibus suis, partes Caesaris sectantibus, intricarentur.² Ab anno 1186 iterum regulariter Praemonstratum adierunt, sed nihil omiserunt, ut ab hac obligatione liberarentur. Anno 1188 sancta Sedes praeposito. B.M.V. Magdeburgensi plenam iurisdictionem in canoniis circariae confirmavit. Ille solus, exclusis patribus praepositis, ius visitationis exercuit.

Inter annos 1220 et 40 hae dissidiae cum Praemonstrato obedientiam reclamanti, pluribus definitionibus capitulorum generalium comparatione quadam sunt decisae. Anno 1224 Saxonibus praepositis, praeter Magdeburgensem, est impositum, omni triennio tantum comparendi coram capitulo generali. Consuetudines et institutiones suae illis manserunt concessae, sed in actu itineris ad capitulum generale erant obligati ad observandam consuetudinem communem ordinis. Potestas disciplinaria abbatis generalis in eos tunc iam valde erat restricta. Potuit excommunicare et suspendere tantum, exclusis vero praepositis Magdeburgensi et Gratiae Dei. Hanc separationem ab ordine plures canonicae a Saxonia ipsa remotiores aegre ferentes, se a circaria segregaverunt, aliisque vicinis circariis se adiunxerunt. Ita iam in fine saeculi XII, de jure vero anno demum 1224 vel adhuc serius canonicae Pomeranae propriam constituerunt circariam Slavicam. Hoc anno 1224 etiam Arnstein et Vessra transierunt ad Vadegotianam, quibus Ilfeldia anno 1246 est secuta.

In signum privilegiorum suorum praepositi Saxones abbatialem titulum recusabant, et Magdeburgensis praepositus iam anno 1227 iuribus pontificalibus est insignitus. Comparatione supra dicta non contenti, Saxones anno

² Sic putat WINTER 86. Tamen opinio eius, eos iam saec. XII habuisse capitula provincialia annualia, secundum Dolista, Die Triennalkapitel 87 vix est supponenda. Tamen iam ab initio praepositi convenerunt quotannis Magdeburgi die 6a junii ad commemorandam mortem sui fundatoris, quod aliquomodo aequiparari potest capitulo.

1239 novam et quidem definitivam a capitulo generali sunt adepti. Abhinc omni triennio unus tantum ex praepositis Saxoniae ut deputatus capitulum generale adire debuit, qui pro praepositis intra hoc triennium neoelectis obedientiam illi praestaret, et capitulo tributum ad minus II librorum Parisiensium praesentaret.

Annis 1239–93 nulla relatio videtur extitisse inter Saxones et Praemonstratum. Anno 1295 fuit primum „Capitulum Generale“ circariae. Abhinc omni triennio omnes praepositi eius die 6a junii hoc capitulum Magdeburgi adierunt, quod a saec. XV vocabatur Capitulum Triennale. Omni triennio unus ex praepositis tenebatur adire Praemonstratum.

Initio praepositi de Leitzkau et de Gottesgnaden, ut canoniarum ab ipso Norberto fundatarum, secundum et praepositum Magdeburgensem tertium locum post obtinuerunt, sed iam in fine saeculi XIII praepositi ecclesiarum cathedralium ad hanc honorem erant promoti. Qui praepositi postremo erant definitores nati et soli ecclesias suas in capitulis repraesentabant, quia episcopi illa adire non tenebantur.

Anno 1295 circaria, quae seipsam tamquam „ordo“ designare solebat, et quae in signum libertatis suae hoc anno domum quasi procuratoriam habuit Romae ad Stam. Crucem in Laterano³, sexdecim canoniis consistebat, quibus talliae erant impositae capitulo provinciali solvendae: Magdeburg 90 „Schillinge“. Ratzeburg 66, Havelberg. Leitzkau. Jerichow et Gramzow unaquaque 36. ex quibus apparet magna diversitas divitiarum. Exemptio ab ordinario loci, secundum praeceptum Norberti fundatoris, fere nullibi erat in praxim deducta.

Disciplina iam saeculo XIII aliquatenus videtur esse collapsa. Anno 1219 ecclesia Havelbergensis dispensationem ab abstinentia obtinuit, quae mox toti circariae erat concessa. Initio domus saeculo XII partim fuerant fundatae ut monasteria duplicia, sed saeculo sequenti abolitio rigorosa parthenonum est decreta. Tunc temporis ubique in Germania septentrionali orta sunt asceteria Cisterciensia, et illis videntur fuisse derelictae moniales ordinis nostri in Saxonia. Moniales Gratiae Dei, verbi gratia, translatae sunt sub regula Cisterciensi ad Sanctum Laurentium in Magdeburg, et si hoc saeculo fere ubique in vicinitate canoniarum Praemonstratensium fundatum est aliquod asceterium Cisterciense suspicari licet, hoc recepisse sorores ab illis expulsas⁴.

³ „Romae Lateranensis ecclesia ad Sanctam Crucem, filia Magdeburgensis“ enumeratur anno 1295 inter Canonias circariae Saxoniae (MUB III 2343). Vide infra apud Circariam Tusciae, ubi hanc domum expresse adducimus.

⁴ Saeculo XIII multi Saxones emigraverunt in Transsylvaniam, et fundaverunt ibi civitates, quae usque ad nostra tempora erant germanicae. In maioribus inter illis, Her-

Cum Sanctus Ludolphus episcopus Ratzeburgensis circa annum 1230 fundaverit asceterium Rehna, illud regulae ordinis non subiecit, ex quo concludere possumus tunc capitulum provinciale abolitionem sororum iam decrevisse vel saltem intendisse. Saeculo sequenti tamen Rehna ordini aggregata est sed quia circaria eam non curavit, postea iterum ab ea defecit. Hoc saeculo XIV tamen Kölbick videtur fuisse adhuc monasterium duplex.

Fundatio intenta asceterii ordinis in Ahrensböck anno 1386, frustrata est recusatione probabiliter patrum circariae.

Bis nova statuta, rigorem pristinum valde mitigantia, annis 1307 et 1424 decreverunt capitula, et quidem propter collapsum disciplinae, praesertim saeculo XV. Sed haec tentamina fuerunt in cassum. In medio huius saeculi tamen, anno 1447, jussu archiepiscopi archicoenobium B.M.V. Magdeburgi est reformatum a Joanne Busch, canonico Windesheimensi, Ille ex pietate erga ossa Sti. Norberti fundatoris noluit canoniam B.M.V. simpliciter ordini suo incorporare, ut suggesserat ei capitulum cathedrale, sed cum auxilio aliquorum Praemonstratensium ex sanis canoniis, ut Heiligental et Wittewierum, et praesertim sacerdotum saecularium, quibus ingressum in ordinem insinuaverat, pie et strenue creationi novae disciplinae ex traditione Praemonstratensi operam dedit. Eberhardus Wohltmann, canonicus capituli cathedralis, vir zelosissimus, praepositus B.M.V. electus est. Quae reformatio, ab extraneis illata, tantopere successit ut et canoniam aliarum circariarum huic „Unioni“ (ita enim vocabatur) se aggregaverunt: Spieskappel, Arnsberg-Wedinghausen, Lorsch et Ilfeld, qui et capitula eius, quae ab anno 1473 quotannis celebrabantur Magdeburgi, regulariter adierunt. Abbatiae longe distantes ut Teplensis, Wiltinensis et Sti. Vincentii Wratislaviensis a Saxonibus tunc sunt reformatae⁵.

Albae vestes, quibus antea partim caeruleae fuerant substitutae, et quarum resumptio praevisis reformationibus non contigerat, nunc definitive sunt reintroductae.

Quae reformatio vigorosa vero non ab omnibus canoniis in posterum fuit accepta. Magdeburgum reformatum anno 1446/47, mox sequuntur Quedlin-

mannstadt et Kronstadt, secundum catalogum Ninivensem II, tunc erant parthenones ordinis nostri, quae dein „assignabantur paternitati circariae Hungariae“. Hoc factum usquedum nobis erat plane ignotum. Probabiliter saltem partim, hae sorores fuerant e canoniis saxonibus expulsae, ad alium ordinem transire nolentes, emigrantes suae gentis concomitaverunt et in terra longinqua nova asceteria sibi extruxerunt. Ordo vero, ne essent derelictae sibimetipsis, provide eas aggregavit circariae Hungariae (Vide infra apud hanc circariam).

⁵ Vide N. BACKMUND, Spätmittelalterliche Reformbestrebungen im Prämonstratenserorden, Anal. Praem. LVI 1980, 194/204.

burg et Gottesgnaden, 1457 Mildensfurt, 1469 Kölbick, et ca. 1470/75 Klosterode, postremo Harlungerberg, Pöhlde et reliquae, praeter tria capitula cathedralia, Gramzow et Brode, quae numquam fuerunt reformatae.

Anno 1476 fuerunt 14 domus reformatae, anno 1503: 12. Tamen ecclesiae cathedrales, quae numquam exclusive nobilitati erant reservatae ut alibi, partim vitam communem continuerunt adhuc per integrum saeculum XV. Paupertas quidem iam saeculo XIV apud illas est derogata, et separatio inter mensam episcopalem et mensam capitularem introducta. Fere omnes episcopi fuerunt ex ordine. Initio saeculi XVI, cum ordo nova statuta decreverit, etiam Saxones reformati relationes cum Praemonstrato iam diu plane ruptas, iterum resumpserunt. Ab anno 1506 omni triennio unus canonicus ex Circaria Saxoniae capitulum generale adire tenebatur, omni sexennio vero praepositus. Anno 1508 vero plures eorum apparuerunt coram capitulo, declarantes se in posterum abbati generali quoad omnia fore fideles. Zelose acceperunt etiam nova statuta, anno 1505 promulgata, novis austeritatibus (silentium perpetuum, jejunium strictissimum) ea aggravantes. Capitulum generale anni 1510 autem has exaggerationes interdixit, praecipiens eis, ut tenorem statutorum anni 1505 ad amussim observarent⁶.

Tamen videtur constare, zelum hoc tempore in circaria paulatim desuisse. Ab anno 1543 omnis nexus circariae cum capite Ordinis cessavit. Litterae generatim bene floruerunt in ea. Omni saeculo invenimus ibi scriptores et analistas. Anno 1496 conclusum est, ut tres ecclesiae cathedrales „pro ordinis honestate et rerum temporalium defensione“ semper aliquos canonicos mittant ad studia, qui „usque ad doctoratus promoveri debeant gradus“, quod et fecerunt omnes fere canoniae. Ex praestantissimis viris totius ordinis est Anselmus ille episcopus Havelbergensis, ne praetermittamus Stephanum Bodeker, Episcopum Brandenburgensem, vere reformatorem suae dioecesis. Sanctitate eminuerunt inter alios tres episcopi Ratzeburgenses Evermodus, Isfridus et Ludolphus. Praemonstratensium merita hisce in regionibus insignia sunt dicenda. Pacificae fidem et culturam propagantes inter paganos et rudes, terram ad habitandum saepius vix aptam verterunt in agros fertiles, advocaverunt incolas e Frisia et e partibus Rheni, qui Saxonibus, deficiente ibi omni lapide naturali artem aedificandi cum lateris et alia utilia docebant.

Cura animarum hac in regione semipagana, ab initio omnibus canoniis erat cordi. Multas generatim canoniae habuerunt ecclesias incorporatas, sed evolutio hac in re omnino alium aspectum praebet quam alibi. Partim quidem iam saeculo XIII coeperunt ecclesias suas propriis canonicis administrare, quae consuetudo vero saeculo demum sequenti communior evasit.

⁶ E. VALVEKENS, *Le Chapitre Général et les Statuts de 1505*, in: *Anal. Praem.* XIV (1938) p. 88.

Saepius hoc fecerunt ad tempus tantum, et irregulariter, mutuo cum clero saeculari. Etiam parochias saeculares saeculo XV ad tempus administraverunt, quod exortum est ex subordinatione plena sub ordinario loci. Sed iam circa annum 1400, forsitan ne vita regularis propter exiguitatem nonnullarum communitatum nimium damnum pateretur, coeperunt se ab administratione parochiarum retrahere, et ad ecclesias minus remotiores se restringere, quae tendentia post reformationem circa medium saeculum XV adhuc magis urgebatur⁷.

Coenobia tria – Gottesstadt, Halberstadt et Themenitz – iam mox perierunt. Anno 1435 facta est adhuc fundatio serotina, Harlungerberg, quae per unum saeculum bene floruit. Annis 1504/07, machinantibus principibus, tres ecclesiae cathedrales: Ratzeburg, Havelberg et Brandenburg unionem ordinis linquentes, saecularisatae sunt. Paulo post protestantismus hic ex ipsa patria sui originis, totam fere in Germaniam septentrionalem se extendit, et integram circariam diremit; primo in Anhalt et Thuringia, dein in Brandenburg, postremo in Mecklemburg et in pago Altmark circa annum 1550. Canoniae „Unionis“ reformatae heroice novatoribus restiterunt, praesertim Magdeburg, Mildenfurt, Pöhlde et Harlungerberg. Haud pauci canonici illarum emigraverunt tunc in Bohemiam. Reliquae domus, pluries, satis collapsae et in seipsis emortuae, fere omnes libenter ad novam fidem transierunt. Ecclesia B.M.V. Magdeburgensis paulatim versa est in canoniam lutheranam, et ut talis aliquo modo usque ad nostra tempora substitit.

Aedificia fere integra octo canoniarum subsistunt, nempe tres ecclesiae cathedrales, dein Jerichow, Quedlinburg, Magdeburg, Leitzkau et Rehna. Ecclesiae ruinatae et profanatae quidem, saepe cum parte aedium claustrarium, supersunt in Gramzow, Kölbick et Mildenfurt.

Archiva tantum partim supersunt, sed de nonnullis canoniis, praesertim B.M.V. Magdeburgensis, totalis fere amissio eorum est plangenda. Feliciter acta capitulorum circariae saec. XV et XVI quoad magnam partem sunt salvata, extant in archivo quondam Strahoviensi, nunc Arch. Publ. Centrale Pragae RP Strahov lib. Nr. 29, (edd. DOLISTA o. c.)

⁷ Nullo modo teneri potest, Praemonstratenses in Saxonia magis quam alibi fuisse „pastores extra claustrum“. Econtra, curam animarum extra claustrum assumpserunt nonnisi sero et cunctanter, et numquam tam avidae ecclesias suas administratas multiplicare studuerunt quam tunc temporis vidimus factum esse in aliis circariis. Dum illae canonicos suos ubique in parochias distribuerent, Saxones immo eos retraxerunt ad claustra.

BRANDENBURG SS. Petri et Pauli

Brandenborch, Bradeburg, Brand-, Brandeborg.

Civitas in provincia eiusdem nominis, prope Berolinum. Antiqua sedes episcopalis, nunc Dioc. Berlin.

Praepositura, dein ecclesia cathedralis. Fundata anno 1138 in medio paganorum a Wiggero Episcopo, in suburbio Parduin juxta ecclesiam Sti. Godehardi. Filia B.M.V. Magdeburgensis, dotata a Pribislao Duce. Sedes episcopalis, propter periculum paganorum, tunc fuit in Leitzkau (vide infra). Forsitan fuit initio monasterium duplex, sorores dein probabiliter sub regula Sti. Benedicti translatae sunt in Spandau. Anno 1161 facta est ecclesia cathedralis¹ et translata ad novam ecclesiam SS. Petri et Pauli in arce Brandenburgensi. Praepositus huius ecclesiae iam anno 1194 pontificalibus erat insignitus. Iam anno 1216 habuit hospitale adiunctum. 32 ecclesiae parochiales cathedrali erant incorporatae, ex quibus capitulum generatim administrabat sequentes: Brandenburg St. Godehard, Stae. Catharinae in eadem urbe, Nauen, Ketzin, Marken, Kleinkreutz, Zachow, Berge, Etzin, Mittenwalde, Langerwisch, Retzow. Capitulum Brandenburgense erat „apertum“, id est libera electione canonicorum se complens. Filias genuit: Harlungerberg, forsitan etiam Thementitz et Gottesstadt. Episcopi pluries resederunt in Ziesar. Bibliotheca spectabilis, quae partim subsistit, et magnus numerus canonicorum studentium in universitatibus, demonstrat statum intellectualem fuisse elevatum. Adhuc medio saeculo XV. sub zeloso episcopo, Stephano Boderker viguit ibi vita regularis satis austera. Conversos habuit usque in finem. Anno 1506 vero, machinante Electore, versa est in capitulum saeculare, quod anno 1535 protestantismum amplexum est et usque ad nostra tempora subsistit. Aedificia subsistunt e medio aevo, ecclesia cathedralis est luthera-
na, in claustro est museum, et academia.

Archivalia: Kapitelarchiv Brandenburg 487 dipl., 2 cartularia Staatsbibl. Berlin.

Bibliographia: AUVRAY 1663, 1830, 2082 – BACKMUND MaGSchr 119, 126 – BRUNNER 725 – BUENGER 17, 120, 194 – DHGE III 407/13 – DOLISTA Cap. Sax. cf. ind. 141 – EUBEL I 149, II 123 – FIDICIN cf. ind. – GABRIEL 7 ff. – GERCKEN cf. in. – Germ. Sacra, Brandenburg I 1/195 – GOOVAERTS I 66, 374, II 39, 160, 166, 361, III 24, 58, 75, 76, 204, IV 15, 323, 324 – GROTE 55 – HAUCK IV 1025 – HUGO I 411, prob. 328/30 – JL 16 259, 17 401, 17 508 – JOHN canons – KAHL cf. ind. 970/72 – KRABBO cf. ind. – Kdm. Prov. Brandenburg II 3, Brandenburg Stadt u. Dom (1912) 225/354 –

¹ Episcopatus Brandenburgensis fuerat fundatus anno 948 ab Ottone I. Imperatore, sed anno 983 a Wendis iterum dirutum erat. Saeculo XII est restauratum (vide infra apud Leitzkau).

LEHMANN/BROCKHAUS 199 – Lettr. com. Jean XXII 7773, 11418, 44804, 4771/12, 47719, 47927 – LIENHARDT Eph. Hag. 275 – MGH Ep. Sel. I cf. ind. – POTTHAST RPR 4905, 6946, 7235, 9341, 9404, 9414, 11740, 11752, 13814, 14378, 24433, 25126 – PRESSUTTI 3961, 4213 – Reg. Benoit XI 480 – Reg. Boniface VIII 1249, 4471, 5183 – RegImp V cf. ind. – Reg. Urbain IV I 333 – RepGerm II 386, IV 3122, 3409 – RIEDEL Mark Br. cf. ind. – IDEM Cod. Dipl. Brand. item – ROTH 42 – WAEFELGHEM 43, 374 – WICHNER cf. ind. – WINTER 131/48 – ZAK EOP (1928) 177, 180, 294, 299, 300, 302, 307, 308, 309, 406, 409; (1929) 50, 54, 55, 138, 139, 144, 145, 146, 147, 239, 242, 243, 244 – IDEM PAM – L. BALTZER, Die Prämonstratenser in Brandenburg (JbHVBr fasc. 51/54, 15/66) – H. BERGHAUS, Landbuch der Mark Br., Br. 1855, II 30 ff. – Brandenburger Evangelistar Düsseldorf/Leipzig 1963 (cf. Anal. Praem. 1964, 375) – H. BRESLAU, Zur Chronologie und ältesten Geschichte der ältesten Bischöfe von Br. bis Wigger († 1161), Havelberg und Aldenburg (FBrPrG I 1888, 385/97) – H. BÜNGER, Altarpfänden im Bistum Br. (Jb. f. brandenb. Gesch. 42, 7/76) – F. CURSCHMANN, Die Diözese Br., Leipzig 1906 – W. DANNENBERG, Entwicklungsgeschichte des regulierten Prämonstr. Domkapitels zu Br. (Diss. Greifswald 1912) – W. DELIUS, Das Vorwort zum Missale Brandenburgense von 1494 (Jb. f. Berlin-Brandenb. KGesch 46, 1971, 147/50) – K. DOLISTA, Einige Urkunden aus dem Brandenburger Domstiftsarchiv (Anal. Praem. LVII 1981, 157/72) – J. FAIT, Dom u. Domschatz zu Br. Berlin 1975 – N. HÄDICKE, Die Reichsunmittelbarkeit und Landsässigkeit der Bistümer Br. und Havelberg, Naumburg 1882 – J. HENKYS, 800 Jahre Dom zu Br., Berlin 1965 – L. JABLONSKI, Geschichte der fürstbischöfl. Delegationsbezirke Br. und Pommern, 2 voll. 1929 – H. D. KAHL, Die Entwicklung des Bistums Br. bis 1165, Hist Jb 86, 1966, 54/79 – M. KLINCKENBORG, Die Urkunde des Domkapitels zu Br. über seine Rechte an der Havel, in: Papsttum und Kaisertum (Forschungen zur pol. Gesch. u. Geisteskultur des Mittelalters, München 1925) – G. G. KÜSTER, Die missalibus et breviariis ecclesiae Brandenburgensis (Biblioth. Historica Brandenburgica, Breslau 1743) – S. LENTZ, Diplom. Stifftshistorie von Br. Halle 1750 – N. MÜLLER, Beiträge zur Kirchengesch. der Mark Br. im 16. Jahrh. Leipzig 1907 – E. OPELT, Sakrale Gewänder des Mittelalters (Brandenb. Domschatz) in: Märk. Union 25, 1972, Nr. 183, Beilage zu Weg u. Zeit Nr. 32, 1 – G. W. RÄUMER, Regesta historiae Br. ensis I Berlin 1836 – A. SCHÖNFELDER, Vita et Opera Stephani Bodeker Episcopi Br. ensis (Hist. Jb. Görresges. XXIII 1902, 559/77) – W. SCHÖSSLER, Die Entwicklungsgeschichte des Domkapitels Br. in der Zeit des Spätfeudalismus (Diplomarbeit, Berlin Humboldt-Univ. Sect. Gesch., Domarchiv Brandenb.) – W. SCHOTT, Beiträge zur Gesch. der St. Gotthardskirche in Br., Br. 1906 – N. SCHRÖDER, Kurzer Abriss einer Geschichte der Domkirche und des damit verbundenen Domkapitels zu Br., Br. 1836 – H. SCHULTZE, Zur Gesch. des Grundbesitzes des Bistums Br. (JbBrKG XIII 1915, 1/30) – E. SCHWARZ, Die Präm. in der Mark Br. (Mittlgn. des Touristenklubs f. d. Mark Br. XII 1903, 114/17, 125/27, 135/37) – G. SELLO, Calendarium Magdeburgense et Brandenburgense (GBMagd XXVI, 1891; 182/200, et XXVI 1892, 378) – IDEM, Brandenburgische Bischofschronik, nebst einem Anhang, enthaltend die „Fragmenta Chronicae Episcoporum Brandenburgensium“ (JberHVBr XX 1888, 1/52) – IDEM, Chronologie der Bischöfe von Br. bis zur Mitte des 14. Jahrh. (FBrPrG V, 1892, 515/30) – C. W. SPIEKER, Kirchen- und Reformationsgeschichte der Mark Br. I, Berlin 1839 – A. STARA, in Anal. Praem. 1932, 100 et 1938, 126/27 – J. STÖHR, Stephan Bodeker, Bischof von Br. und Raymondus Lullus (Estudios Lulianos, Revista cuatrimestral de Investigacion Luliana y Medievalistica IV 1960, 191/201. Cf. Anal. Praem. 1962, 173 – O. TSCHIRCH, Prit-

zerbe als Bischofsburg und Bischof Gernand (JberHV Brandenb. Bd. 51/54, pp. 55/58) – IDEM, Geschichte der Kur- und Hauptstadt Br. an der Havel, 2 Bde. Br. 1929 – J. B. VALVEKENS, De episcopo Brandenburgensi S. Bodeker, † 1459 (Anal. Praem. XLV 1969, 306/10) – G. WATTENBACH, in Sitzungsber. Berl. Akademie 1882, 587/609; et 1883, 431/64 – Fragmenta Chronicae Episc. Br. edd. POTTHAST, Bibl. Medii Aevi 459, MGH SS XXV 482ff., et SELLO vide supra. Cf. BACKMUND o. c.

Series episcoporum (GS)

(nomina inter parentheses sunt episcoporum, qui erant ordini alieni)

(948–1138 13 episcopi)	(Volrad v. Krempa 1296/1302)
Wigger 1138–59/61	(Friedrich v. Plötzke 1303/16)
Wilmar ca. 1161/73	Johann v. Tuchen 1316/24
Siegfried v. Brandenburg 1173/80	Heinrich v. Barby 1324/29 non confirmatus
Baldram 1180/90	(Ludwig Schenk v. Neindorf 1327/47)
Alexius 1190/92	Dietrich v. Kothe 1347/65
Norbert 1192/93–1205	Dietrich v. d. Schulenburg 1365/93
Balduin 1205/16	Heinrich v. Bodendieck 1393/1406
Siegfried 1216/21	Henning v. Bredow 1406/14
(Ludolf) et Wichmann electi sed non confirmati	Nikolaus v. Burgsdorff 1414/15
(Gernandus 1222/41)	electus, non confirmatus
Rotger v. Kerkow 1241/51	(Johannes v. Waldow 1415/20)
Otto v. Mehringen 1251/61	Stephan Bodeker 1421/59
(Albert v. Arnstein 1261/63)	Nikolaus Storbeck 1459/62
Heinrich v. Ostheeren 1261/78	Dietrich v. Stechow 1462/72
Gebhard 1278/87	Arnold v. Burgsdorff 1472/85
Heidenreich 1287/91	Joachim v. Bredow 1485/1507
Dietrich Praep. de Leitzkau 1292/94 non confirmatus	Hieronymus Schultz 1507/21
Duo ultimi episcopi post separationem ab ordine numquam fuerunt eius membra	

BRODE B.M.V., SS. Petri et Pauli

Monasterium in Brodis extra muros oppidi Novebrandenborch, Broda, Bruoda, Brvod, Bruda, to den Broden, ton-, to deme Brode.

Juxta oppidum Neubrandenburg ad lacum Tollense, Mecklenburg. Dioec. Havelberg, nunc Osnabrück.

Praepositura, In ipsa die dedicationis ecclesiae cathedralis Havelbergen-

sis, ante annum 1177, Casimirus I, princeps Pomeraniae, huic ecclesiae tradidit bona sita circa lacum Tollensesee, ad fundandam ibi canoniam. De facto fundatio huius canoniae, ad missionem inter Wendos paganos destinatae, dilata est usque ad annos circiter 1239/44. Filia Havelbergae. Moniales asceterii vicini de Wanzka O. Cist, eodem saeculi fundati, primo fuisse ordinis nostri in Broda, videtur esse certum. Broda erat exigui ponderis in vita spirituali et temporalis. Praepositus erat archidiaconus. Parochiae incorporatae, et (ab anno 1354) regulariter administratae: Neubrandenburg et Penzlin, et 12 aliae, quas partim et ad tempus administravit: Waren, Ankershagen, Freidorf, Großlukow, Rumpshagen, Schmorte, Weitin, Wulkenzin, Chemnitz, Falkenhagen, Federow, Schlön. Status personalis: 1405: 13 DD, 1448: 14, 1518: 33. Usque ad annum 1331 praepositus semper fuit de gremio capituli Havelbergensis, abhinc tantum Brode gaudebat jure liberae electionis. Postremo disciplina erat collapsa. Suppressa est anno 1551, sed iam antea praepositus Joachim Ulrich (1541/49) legitime uxoratus erat. Anno 1631 omnia aedificia adhuc erant in bona conditione, sed anno 1695 iam erat ruina, quae ineunte saeculo sequenti solo est aequata.

Archivalia: StA Schwerin: 383 dipl. 1399/1619, ex quibus 43 pro tempore deposita sunt in Bundesarch. Koblenz, 1 Inventarium 1552.

Bibliographia: Anal. Praem. 1939, p. 105; 1948, 193 – DHGE IX 800 – DOLISTA Cap. Sax. cf. ind. 141 – GABRIEL 9, 13 – Germ. Sacra, Havelberg 210/55 – GROTE 63 – HEGEL cf. ind. – HUGO I 415 – Lettr. com. Jean XXII 49 227 – LThK II 568 – MUB cf. ind. (omnia diplomata usque ad an. 1400) – Rep. Germ. II 49, 113, 144 – SCHMAL I 200/02 – WAEFELGHEM 45, 374 – WINTER 198/210 – ZAK PAM – F. BOLL, Chronik der Vorderstadt Neubrandenburg . . . und Geschichte des Präm. Klosters Broda, Neubrandenburg 1875 – Kunst- u. Geschichtsdenkmäler des Freistaates Mecklenburg-Strelitz (Neubrandenburg 935) I 3, 139/51 – N. LISCH, Die Stiftung des Klosters B. und das Land der Redarier (JbVMG III 1838, 1 /33 et VI (1841) 183 – G. WENTZ, Havelberg, Jerichow und Broda (Festschrift für A. Brackmann, 1931, 324/46. –

Series praepositorum (G. S.)

Konrad 1256	Heinrich 1349/54
Ulrich 1266/70	Jakob 1355/56
Ekbart	Johannes Dalwitz 1356/59
Walwan 1283–ante 1315	Heinrich Kranz 1360/82
Heinrich 1315	Johannes Loche (Lothe) 1388/95
Ludolf 1322–ante 1328	Heinrich 1397
Johannes 1331–	Johannes von Greiffenberg
Laurentius 1340–/42	1399–1410
Heinrich 1344/46	Nikolaus Zweder 1410/15
Johannes 1347	Gerhard Zeger 1422/23

Heinrich Lexow 1428/29	Johannes Westfal 1519/23
Johannes von Ostenburg 1429/32	Joachim v. Gühlen 1527/37
Gerhard Wegener 1441/44	Matthaeus Alert 1 ^o 1537
Christian Lange 1447/67	Joachim Engelke 1540
Johannes Grote 1470/74	Henning Becker 1541
Henning Bernd 1481/84	Joachim Ulrich 1541/49
Nikolaus Nemerow 1492/95	Joachim Wischopp 1548
Johannes Kolberg 1496/1518, res.	Matthaeus Alert 2 ^o 1552, † 1570

GOTTESGNADEN (B.M.V. et) St. Victor

Gratia Dei, Gottis-, Gots-, Godis-, Gotisgnade.

Juxta oppidum Kalbe, ad flumen Saale, Prov. Sachsen, Dioc. Magdeburg, nunc Paderborn.

Praepositura, fundata anno 1131, sollicitante Sancto Norberto, ab Otone de Reveningen, qui ipse intravit. Primi religiosi venerunt e Praemonstrato, e Floreffia, e Cappenberg, et e Magdeburgo B.M.V., cuius sub paternitate stetit. Primus praepositus Amalricus de propagatione ordinis, praesertim in Terra Sancta, bene meritus, postremo archiepiscopus Sidoniensis factus est¹. Guntherus praepositus composuit „Chronicon Gratiae Dei“ (1131/64), opus maximi momenti pro historia Sti. Norberti et totius circariae. Filiae: Arnstein, Stade, St. Habakuk, et quodammodo etiam Riga. Initio fuit monasterium duplex. Moniales inter annos 1209 et 20 ordini Cisterciensi aggregatae et Magdeburgum ad Stum. Laurentium sunt translatae, indeque postremo anno 1283 in Jüterbog. Habuit hospitale adnexum, anno 1473 erat ibi „carcer circariae“.² Parochiae incorporatae et administratae: Schwarz, Kalbe St. Stephan. Neuwaldensleben (cum hospitale iam anno 1190), Großottersleben, Schlanstedt, Rosenburg, Mosigkau, Köthen, Hohendorf, Dike, Schönebeck. Ecclesias in Jüterbog, quas etiam possedit, tradidit anno 1280 monialibus suis eo secendentibus. Canoniam, quae erat ditissima, medio saeculo XV reformata, sed nihilominus saeculo sequenti ad intus collapsa est, et elanguit. Anno 1546 archivum ablatum est in arcem Moritzburg (Halle), anno 1548 canoniam combusta est, et anno 1553 ultimus praepositus catholicus obiit. Anno 1563 ab archiepiscopo Magdeburgensi (qui iam erat lutheranus) in favorem suae mensae sequestrata est. Sed saecularisata est demum centum annis post. Annis 1629–31 iterum ordini erat re-

¹ Cf. de eo infra apud Circariam Graeciae et Hierosolymitana.

² DOLISTA Cap. Sax. 15, 36. Vide infra notam apud Ratzeburg.

stituta, et aliqui canonici Steinfeldenses restaurationi aedium collapsarum operam dederunt. Anno 1640 a Suecis omnia sunt destructa. Deinde factum est praedium guberniale, quod adhuc est. Loco canonicae nunc est fabrica, superest tantum capella quaedam Sti. Joannis, quae hodie cultui lutherano inservit.

Archivalia: LArch Magdeburg 112 dipl. 1135/1692 et unum chronicon s. XVI – Sächs. LandesHArch Dresden 5 dipl. 1286/1681 – StB ibidem MS K 306 (Dei Gratiae Coenobiographia s. XVII).

Bibliographia: BACKMUND MaGSchr 114/19 – BECKER 315 – BRUNNER 728/29 – DHGE XX – DOLISTA Cap. Sax. cf. ind. 146 – GABRIEL 9 – GOOVAERTS I 337, 609, II 72, III 11 – GROTE 186 – HUGO I 761/65, prob. 603/08 – JW 7921 – JbDG Friedr. I 748, Konr. III 952 – KAHL 981 – Kdm. Sachsen Heft 10: Kreis Calbe, Halle 1885, 53/58 – LEHMANN/BROCKHAUS 473/76 – LEPAIGE I 344 – LEUCKFELD cf. ind. – LThK IV 611 – LIENHARDT Eph. Hag. 205, 217 – POTTHAST 6968 – PRESSUTTI 3716, 3722, 4258 – RIEDEL, CDBr VIII 131 et passim – SCHÖTTGEN KREYSIG II 716, Dipl. Nachlese XII 178 – STUMPF BRENTANO 3530, 3594, 3601, 3633 – WÄFELGHEM 97, 377 – WEIS-THANNER, Reg. Otto I. Nr. 119 – WINTER 61 ff., 105/16 – ZAK EOP (1928) 173, 297 – IDEM, PAM 45 – N. DIETRICH, Das ehemal. Kloster G., Magdeburg 1904 – J. H. HAEVECKER, Beschreibung der Städte Calbe . . . und Chronica von Gottesgnaden, Halberstadt 1721, 1 P3/19 – A. MAENSS, Landeskunde der Provinz Sachsen 99 – V. MÜLVERSTEDT, Verzeichnis der im Kreis Calbe . . . bestehenden Klöster . . . (GBMagd I 1866, 26/27) – Chronicon Gratiae Dei edd. WINTER 323/41, HAEVECKER et LEUCKFELD l. c. – Fundatio monasterii Gratiae Dei (ca. 1146) edd. MGH SS XX 685/91, cf. 683/85 –

Series praepositorum

nisi aliter notetur, sec. LEUCKFELD, BECKER et SOMMER in Kdm. Sachsen.

Amalricus 1135	Dietrich 1399
Evermodus 1135/38	Tilo Saltwedel 1406 (idem?)
Heinrich 1138/47	Henning 1415
Lambert 1147/60	Johan Köding 1438
Günther 1160/95	Heinrich 1461
Heidenreich 1195	Hermann Hermslager ante 1470
Bernhard 1209/50	Andreas Witte 1470/79 ⁴ postea
Ernst 1250/68	praep. in Magdeburg
Meinhard	Heinrich Herne 1479–84 res.
R . . . 1286	Johann Gardelegen 1491
Anno 1300/29 ³	Ludolf 1516
Albert 1319	Johann Busch 1531/† 53
Johannes 1338	Lambert Werner 1553–63
Nikolaus 1355	Deodatus Mans 1629–31
Hermann 1371	

³ LHArch Dresden o. u. 1156 et 1329.

⁴ WÄSCHKE v. ap. Kölbick Nr. 722.

GOTTESSTADT B.M.V

Civitas Dei, Barsdin, Paarstein.

Prope, nunc in Olderberg, in districtu Uckermark, Prov. Brandenburg, Dioc. Kammin, nunc Berlin.

Praepositura, fundata cum hospitali ante annum 1231 a comitibus Joanne I. et Ottone III. Brandenburgensibus, in vico vendico Barsdin, qui non amplius existit. Probabiliter erat filia Brandenburgensis. Primus et unicus praepositus qui est notus, erat Dietricus. Anno 1233 confirmatio pontificia. Post annum 1258 cum bonis suis vicinae abbatiae Cisterciensium in Chorin est unita. In diplomate traditionis verbum fit de quodam „hospitale“ tantum, ergo fieri potest, monasterium proprie dictum aut numquam fuisse formatum, aut tunc iam desiisse. Ruinae superstites anno 1780 solo sunt aequatae.

Archivalia: Tria diplomata in Geh. Staatsarchiv Berlin, Bestand Chorin.

Bibliographia: Germ. Sacra Brandenbg. 195/96 – GROTE 181 – HUGO nescit, deest etiam in omnibus catalogis – JANAUSCHEK 253 – KdmBrandenbg. Krs. Angermünde (Berlin 1927) III 47 – POTTHAST 9308 – RIEDEL CDBr A XIII 202 ff. – WAEFELGHEM 98, 376 falso attribuit Circariae Slaviae – WINTER 223/25 – ZAK PAM 45 – N. FISCHBACH, Statistisch-topograph. Städtebeschreibung der Mk. Brandenburg, Berlin 1786, I 1, 410/12 – J. A. SCHMOLL, Das Kloster Chorin und die askanische Architektur in der Mark Brandenburg, Berlin 1961 – STARA in Anal. Praem. 1939, 106 – W. A. WEGENER, Kloster Gottesstadt in Oderberg (Brandenburgica XV 1906) – N. WILKE, Das ehemal. Praem. Kloster G. in Oderberg und die Dotation des Bischofs Konrad II von Kammin (Monatsblatt des Touristenklubs der Mark Brandenbg. XIII 1904, Nr. 1, 2) – A. WINTER, Die Cistercienser im nordöstl. Deutschland, Gotha 1868, II 277. –

GRAMZOW B.M.V. et St. Johannes Evangelista

Gramzowe, Grammezu, Gramazohe, Chramsow, Grampczow, Chramtzow (slavice chram = ecclesia).

Prope Prenzlau, in districtu Uckermark, Prov. Brandenburg. Dioc. Kammin, nunc Berlin.

Praepositura. Fundatores eius, nempe Ratibor, Boguslaus et Casimirus Duces Pomeraniae, una cum Conrado Episcopo Camminensi probabiliter anno 1177 vicum Gramzow cum aliquibus bonis tradiderunt canoniae Grobensi (Cir. Slaviae) ad fundandam ibi novam domum. Grobe cum hoc exsequi non posset, a canonia Jerichow fundatio est peracta, forsitan anno demum 1216. Authentice prima vice occurrit anno 1224. Postremo fuit sub paterni-

tate praepositi Jerichoviensis. Ecclesiae incorporatae: Altlandsberg, Miechow, Briest, Gramzow, Fredersdorf, Lützlow, Melzow. Habuit etiam xenodochium. Anno 1245 se subdidit marchioni Brandenburgensi. Anno 1535 suppressa est. Media pars ecclesiae anno 1591 iam erat profanata, altera vero anno 1687 serviebat cultui Calvinistarum e Gallia expulsorum. Anno 1714 omnia igne combusta sunt, nec amplius reconstructa. Ruina chori occidentalis ecclesiae, quae sola superest, demonstrat illam fuisse valde pulchram.

Archivalia: Archivum videtur perisse. 10 diplomata asservantur in Geh. Staatsarch. Berlin, 2 in Staatsarch. Stettin, 5 in Stadtarch. Prenzlau. Secus nihil superest.

Bibliographia: BERGAU 388 ff. – BERGHAUS Landbuch II (1855), 307 ff. – DHGE XX – DOLISTA Cap. Sax. cf. ind. 147 – FIDICIN Territorien IV, 1864, 211 f. – GERCKEN 425, 507 – GROTE 189 – HUGO I 759 – Kdm. Prov. Brandenb. Krs. Angermünde, 1927, 269 ff. – LThK IV 641 – PETERSOHN cf. ind. – RepGerm II 113, IV 916 – RIEDEL CDBr XIII 483 ff. – IDEM, Klöster I 165 ff. – STEINBRÜCK 79/80 – WAEFELGHEM 100, 376 – WINTER 210/13, 317 – ZAK PAM 47 – G. BISCHOF, Kloster G., Prenzlau 1910 – IDEM, Kloster G. (Heimatblätter, Beilage zum Angermünder Tagblatt 1925, Nr. 30, 32/34, 38, 40, 42 et 1926, 82/86 et 6. 10. 1937) – E. FIDICIN, Kaiser Karls IV Landbuch der Mark Brandenburg, Berlin 1856 – R. OHLE, Die Besiedlung der Uckermark und Geschichte ihrer Dorfkirchen . . . und Klöster, I (Mitteilgn. des Uckermärkischen Museums und Geschichtsvereins V (Prenzlau 1896) – R. SCHMIDT, Die Gramzower Klosterkirche, in Heimatkal. für den Kreis Angermünde 1929, 62/65 – J. A. SCHMOLL Kloster Chorin (v. sub. praecedenti) – N. SCHÖNENBERGER, Die Uckermark in slawischer Zeit, ihre Kolonisation und Germanisierung, Diss.

Praepositi (Riedel)
fuerunt infulati

Heidenreich 1233	Johann 1439, 1448
Johann 1235, 1238, 1245, 1270	Otto 1450
Dietrich 1288/1305, 1314	Johann Westphal 1468/69
Johann 1311, 1316	Peter Woldenberg 1474, 1495
Paul 1320	Andreas Hake 1498/1524
Johann 1335	Peter Malusky 1525
Peter 1363	Johann Loitze 1530/36
Heinrich 1403, 1423, 1435	

HALBERSTADT B.M.V. et St. Thomas

Olim sedes episcopalis, Prov. Sachsen, nunc dioc. Paderborn.

Ad ecclesiam Sti. Thomae, ante portas civitatis a Burchardo I. Episcopo Halberstadiensi saeculo XI exstructam anno 1186 Dietricus episcopus voca-

vit „viros sanctae conversationis et probatae religionis de ordine premonstratensi“, quibus contulit in sustentationem capellam in Oschersleben, et ecclesias in Westerhusen et Sti. Martini in Halberstadt. Quod anno 1192 a Coelestino III Papa confirmatum est. Nescimus, unde venerint primi religiosi. Paulo post foundationem haec canonia ab ordine iterum derelicta et data est ordini Templi. Ille eam anno 1208 mutavit cum monialibus O. Cist, quae ibi habuerunt asceterium sub invocatione Sti. Burchardi usque ad annum 1810. Ecclesia romanica nunc est ovile.

Archivalia: LArch. Magdeburg 1 dipl. 1192.

Bibliographia: Fontes Ordinis nesciunt – DEHIO 159/63 – GROTE 206 – JL 16803, item W 7915 – LThK IV 796 – PFLUGK HARITUNG I 408 – G. A. v. MÜLVERSTEDT, Hierographia Halberstadiensis (ZHarzGA V, 1872, 45/46) – L. F. NIEMANN, Geschichte des vormal. Bisthums und jetzigen Fürstenthums Halberstadt von den ältesten bis auf die neuesten Zeiten, Halberstadt 1829, I 269, 318 – G. SCHMIDT, Urkundenbuch der Stadt Halberstadt, Berlin 1879, I 7 – W. GRAUWEN, De Augustijner kanniken te Halberstadt in de 12e eeuw, Anal. Praem. XLIX 1973, 321/25.

